



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Conclvsio XXXI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

M V R N E R I.

imperio, qui eo tempore ministrat dño deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, cunctusq; populus audiens timebit ut nullus deinceps intumescat superbia. Si ergo ludæi in difficili & ambiguo nossent suum perquirere iudicem cōpetentem, & Christiani nō, male Christus prouidisset ecclesie suae sic eam in perplexis & dubijs relinquēdo, quod fidendū non est. Nam de fide ad Petrū loquens, ait. Ego rogavi pro te Petre ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos. Neq; apud ludæos lex fuit iudex, maxime quum in uerbis legis uariebat, ita neq; apud nos lex iudicare potest, quādo in uerbis legis est dissensio. Sicut enim Lutherus met ait certō se scire purgatorium esse, & si hoc scripturis probari nequeat, ideoq; & scriptura purgatorij iudex esse nō potest, ex quibus ergo uerbis legis purgatoriū probabimus, quum ut dicit nulla sint de purgatorio uerba cōtra hæreticos illud impugnant. Hæc & his similia argumenta multa inducipossent breuitatis causa intermissa.

CONCLUSIO XXXI.

Famosus quum sit, qui uel unum sacrae scripturae locum sciēter & per calumniā falsarit, qua notatur infamia, qui uniuersum nouū Ihesu Christi testamentū (Hieronymo Emsero probate) quater decies centies qd' Lutherus fecit, falsauit, deprauauit, addidit, minuit, & turpissimis glossis cōspurcauit.

Deute. iij. ait deus. Non addetis ad uerbū quod uobis loquor, nec auferetis ex eo. Sed neq; licet uerba legis offendere ff qui de legibus manumiss. in uerbo. Sed ita lex scripta est. Nūc aut Lutherus (ut hoc Emserus in uno ad hoc speciali edito libello ostendit & probauit) nouum & uetus testamentum quater decies centies falsificauit, & id quare fecerit hætenus bene experti sumus, hunc ipsum totum librum hic adpono in huius conclusionis probationem.

Quam aut eius obfuerit interpretatio, & quid nobis ueneri pepererit in unico dumtaxat loco ostēdo Matth. vi. ubi in



A C T A

oratiōe Christi sic interpretat, Panē nostrū quotidianū &c. pro Panē nostrū sup<sup>er</sup>substantialē, hic super substantialis panis nihil aliud esse potest quā ipse met<sup>us</sup> deus, sed quotidianus panis trahi potest in cibū nostrū corporalē, & maxime ab his qui Ihesu Christi negant præsentiā in sacro sacra sinaxi, qui hac potissimū auctoritate conuinci possunt, quod hic panis deus sit & sup<sup>er</sup>substantialis, ut in greco est epiusion, ut aut<sup>em</sup> falsam hāc opinionē tueant, falsum sibi met<sup>us</sup> textū fabricarunt.

Hic iam adparet quid probū & Christianissimū Anglorū regem mouerit in his literis, quas ad Saxoniae duces scripsit, in quibus ad calcem ita ait. Literas has ob signaturo mihi uenit in memoriā, Lutherū in suis aduersum me nanijs excusare se, quo minus ad reliqua respondeat impediri, transferendo Biblio. Visum est igitur hortari uos, ut omnium rerū maxime prouideatis ne id permittatur fieri. Nam ut bonum esse non negem in quauis lingua legi scripturā sacrā, ita certe periculosum est ex eius uersione legi, cuius mala fides facit oibus fidē id illi studiū esse, ut bene scripta male uertēdo peruertat, ut populus ea se legere putet in scriptura sacra, quae uir execrabilis ab execrandis hausit hereticis. O quam uere prouidit hic rex sapientissimus, ea quae temporis successu & nos uidimus cum maxima omnium nostrū atq; nostrorū iactura. At merito haec omnia patimur, quia non solum Regum, Principū, Pontificum & Caesarū, sed & dei monitiones contempsimus, nisi prius tantum innocentū & simplicium sanguinem uideremus fusum, & tot nobiles animas perditas.

CONCLUSIO XXXII.

Famosus est Lutherus, qui cum in deū sacras literas, bonos mores, in ecclesiā sanctā dei, quater centies fuisset euentus, Murnero euincere, & adhuc euincere coram quocunq; iudice uolente, audet tamen nihilo minus (quo simplicem & indoctam Christi plebeculam a ueritatis uia abducat) se spiritu sancto fuisse loquutum, fingere & euenti.

Christus